



V I R I

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI

ET EXCELLENTISSIMI,

Patroni insigniter colendi.



Ntæum illum Libycum,

quoties ab Hercule prostratus terram tetigerit, duplicato toties robore ad pugnam acriorem surrexisse, in fabulis est.

Veriùs id, de inventis & subtiliter cogitatis ingenio-
 forum quorundam, de que Opinionibus sensum &
 sententiam communem prætergressis, aliquis dixe-
 rit: multorum enim heroum doctissimorum Hercu-
 leis quasi ictibus, ceu monstra quædam gigantea, qua-
 tiuntur & alliduntur solo; multorum etiam ex ad-
 verso succurrentium suppetiis recreantur, renova-
 tisq; & adauctis viribus intalos quasi firmiores sem-
 per eriguntur & stabiliuntur. Ab illa, impugnantium
 nempe, parte stat Consuetudo, & mos antiquus, & pō-
 dera rationum evidentiora; quæ viris solidis & con-
 stantibus solent esse pro norma & lege: ab hac verò
 defensorum, singularitas, ingenium, usus, experien-
 tia, & compendii favor ac desiderium, foecundi nova-